

LYCEVM



LYCEVM



LYCEVM



Salvē, púer. Quis es tū?

Nōnne est hoc lycēum?

Ita vērō: hoc lycēum est.

Num es tū magister?

Minimē! Ego nōn magister, sed servus magistrī sum. Et quis es tū?

Ego Quīntus sum. Ego puer sum.

Esne tū discipulus?

Rectē dicis. Ego discipulus sum. Num magister adest?

Nōn. Magister adest. Sed intrā. Monstrābo tibi lycēum.

Gratiās tibi ago!

Vidē: hoc est audītōrium. Illa est mensa magistrī. Ille est globus terrae. Hoc pulpitem est. Haec discipulī sella est.

LECTIO I: "Errāre hūmānum est"



A! Quid est illud?



Hoc est corpus. Áspice: hoc est caput, haec est manus.



Áttat! Os humi est! Nōnne est corporis os?



Est. Vērē os cōrporis est.

pīpiat!  
pīpiat!

Quid est illud?

A! Ille est magistrī passer. Ecce pásseris cávea.



Piip piip piip  
trrrr ...!



Magistrī passer in caveā pīpiat.

Nōnne carduēlis est?

Et hoc quid est?

Haec est thēca mea.



Áspice. Hic est cōdex meus. Hoc graphiārium est...



Et hoc? Nōnne hic quoque cōdex est?

Nōn. Iste nōn est cōdex, sed cōdicillus est.





Quod est nōmen tibi,  
amīce? Mihī nōmen  
Syrus est. Sed ecce  
magister!

A! Salvē, puer! Quid? Num iam  
in audītōriō es?  
Mātūrē vēnistī!

Salvē, magister!



Quis es tū, fili? Quod  
praenōmen est tibi?  
Praenōmen Quīntus est.

Et cūr es hodiē  
in lycēō,  
Quīnte Valerī?

Cūr in lycēō sum?  
Studēre volo!  
Hic est prīmus  
scholae diēs!

Et nōmen?  
Valerius est.



Sed hodiē schola nōn est! Prīmus scholae diēs erit crās!

!?



Errāre hūmānum  
est!

